Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 190

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 452.

ex Waddingo profert, turpiter mentiri, vel Mayronem exarasse interrogationes ejusdem omnino initii, cujus noster est dialogus; quod aliis discutiendum relinquo. Tandem litteræ a & O in margine positæ denotant Augustinum, et Orosium.

8

Sermones tres. 299a – 310a

Sermones tres. Primus in festo omnium SS. incipit: "Merces vestra etc"; alter de S. Magdalena: "Non cessavit osculari;" postremus de dignitate sacerdotali: "Tu eris super domum meam" etc.

Cod: CXC.

Chartac. Fol: Sec: 15. — 2 3.3.

1

Historiæ biblicæ moraliter exposita. 1a – 8a

Historiæ biblicæ moraliter expositæ, cum rubrica: "Incipiunt hystorie et primo de accedia". Initium est: "Legitur in libro judicum quod Sampson etc". Idem opusculum continetur in Codice CLXV. n: 6.

2

Sermo de ascensione Domini. 8b – 9b

Sermo de ascensione Domini cujus initium est: "Eduxit eos foras in Bethaniam etc: circa dominicam ascensionem quatuor determinantur."

3

Hugonis Argentoratensis compendium theologicæ veritatis. 10a – 104b

Hugonis Argentoratensis compendium theologicæ veritatis in septem libros divisum. Incipit: "Veritatis theologice sublimitas cum superni sit splendoris radius" etc: Mirum est, quantum inter se differant

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 190
[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 453.

in designando hujus operis authore. Alii enim Alberto M. alii Thomae Aquinati, alii Bonaventurae, aut Joanni Richardo Ord: Min: Episc: Draconensi; aut Aegidio Romano; aut Joanni Rigaldi, aut Fr: Petro Thoma Ord: Min: aut Thomae Donniberg /: qui nonnisi indicem in hoc compendium elaboravit: / tribuunt. Quetif denique Script: Ord: Praedicat: T. I. pag: 470 illud vindicavit Hugoni, quem sequitur Fabric: Bibl: med: & inf: lat: T. III. p: 288. Vide de hac lite praeter memoratos Wadding: Bibl: Ord: Min: pag: 87. et 224. Oudin: Script: eccles: Tom III. col: 438. et 787. Prodromum ad operâ S. Bonaventurae lib 8. part: 3. col: 689. Possidet Bibliotheca nostra pervetustam hujus codicis editionem sine loco, anno, et typographo, cui miniator annum 1475 appinxit.

Hugo Argentoratensis, seu Argentinensis Ord: Praedic: claruit annis 1270–90.

4

III.

Innocentii IV. Suma casuum poeniten: 107a–205a

Innocentii IV Summa casuum poenitentiae. Rubrica praemissa sonat: " Incipit Suma penitencie domini Innocency tercii sanctissimi pape." Initium: " Cum miseraciones domini sint super omnia opera ejus." In fine /: ~~Expliciunt dicta venerabilis~~ / repetitis vicibus additum est: " Explicit Suma penitencie Innocencii magni sanctissimi pape." Ex his patet praesentem Summam eandem esse ac qua jam in Codicibus CXV. n: 1 CXXVI. n: 8. CLIII.; et quam librarius perperam Innocentio III adscribit.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 190

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 454.

5.

Henrici de Hassia lectura super missam. 206a-270a

Henrici de Hassia lectura super missam. Praefixa est rubrica: "Incipit lectura Egregii viri et Doctoris hainrici D' hassia super missam." Incipit: "In nomine domini Jesu Xti et dilectissime matris ejus Karissimi in decretis de consecracione 2° capº mathei dicit alexander papa." In fine: "Explicziunt dicta venerabilis Doctoris hainrici de hassia." Praesens missae expositio valde prolixa aut idem est opus cum illo, quod Pezius Thes: Anecd: in Dissert: Isag: et Fabric Bibl m: & in: lat: T: III p: 218 inscribunt de modo celebrandi et recipiendi Sacramentum Eucharistiae, aut hacteneus eruditis ignotum.

6

Sermones duo. 276b-277a

Sermones duo; primus de institutione quatuor temporum incipit: "Nota quod quatuor tempora a sanctis patribus quatuor de causis instituta sint." Secundus de fine vitae humanae inchoatur: "Circumdederunt me gemitus mortis &c: Ista verba scripsit nobis beatus Job."

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 190

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27527

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)